



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

96. Falsus rumor de conuers. Sinar. vnde?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

norum insularum sylua quæ Macao obiacent, improvisa erumpit Batauorum classis nauim aggreditur securam in portus faucibus, in Iaponiam vela primo vento daturam cum onere mercium ad ducentorum milia octingenta, & spectantibus Lusitanis in altum pertractam, in pizdam abducit: hic impar æri alieno lugere id forum; nostri in Iaponia, & Sinis amissa sorte cuius censibus victabant, omnibus defici, Iohannes Valignanus, semper quidem in Dei negotiis animo infractus, nunquam tamen seipso maior quam in tristi hoc casu, cuius etiam damna generosa ipsius fiduciae sarcit Dei benignitas tam potens & præsens, vt hoc ipso anno 1604. Bartholomeum Tedeschium; Petrum Riberium; Gasparem Ferreiram; & Manuelem Diaz (de quo paulo ante) in Sinas misserit; sequenti anno Hieronymum Rodriguez; Alfonsum Vagnonum & Felicianum de Sylua, tum necessariis, tum sacrae quoque omni superlectile instructos ad sacras aedes splendidè ornandas, adiunxit iis Successores iuuenes Macai educatos ut si digni forent adscriberentur in Societatem. His porrò omnibus in stationes varias diuidendis, Ricci apud Regem fauor, apud aulæ Satrapas benevolentia, apud omnes fama, tum expeditos præbuit, aditus vt Proregum nemo scire auderet capiace imperij legem de Externis qua potestate perrumperent. Nanchinum & Pechinum tanquam ciues, aut vocati ab Rege subierunt, quod diuine ostentum bonitatis prosecutum Riccius Pantoia scripsit actione membra gratiarum, mulrisque lachrimis, cum Sacerdotis è nostris sedecim, admirans numeraret, suspecto præ omnibus aditu Macaensi, transquille Sinas introgressos, & in regni visceribus securè degere.

<sup>96.</sup>  
Falsus rumor  
de conuersi.  
Sinar. vnde?

Hinc illum grauior nostrorum ex literis admiratio perculit, quibus de conuersi, per nouam Hispaniam, Philippinos totamque Europam vulgatum referatur Sinarum Regem sua cum aula, & imperio vniuerso Christiana complexum sacra, nec poterat cogitans fingere, ecquem nostris aetatem insanus cepisset, vt tam luculentis mendacii orbe toto famam nostram ornarer, donec item nostrorum ex literis querelas didicit latentes mysterij indices, dolentium miserabiliter Prouineis quindecim, Regi conuerso baptismi cupidis, nostrorum manum exiguum non posse tunc facere, cum vix vni angulo sat essent; nos penuriam hanc silentio premere; nolle socios præclarri operis; nec adimi nobis de solida illius gloria; si quæ in aliis diuinæ gloriæ micabat vena, id illos pati minime debere, & naturæ iura, potiora esse legibus regiis, quibus alij praeter nostros excludebantur ab ea missione. Hæc libellorum præconio, & inconsultis rumoribus ventilata, multitudinem excuere hominum religiosorum, maximè ex noua Hispania ad presandam eandem Apollonicae laboris palmarum. Verum enim vero ad conspectum Sinarum, sumulachrum ingens prodigiosa in Christo faustitatis, à somniantibus confirmatum, apertis coepit ab oculis discuti; tum quo accederent propius difflari, & euangelizare; ex eo denique in tantam exaggerato molem Sacerdotes restare sedecim, magisque à Deo inter Sinas quam hominibus

hominibus terinerti , fortunarique piorum laborum aliquo prouentu ; Regis quidem umbram Ricciū non vidisse, nedum conuersionem per-egisse. Potestatem illam vastissimam prosemindandi Euangelij , & Pro-vinciatum clamores luētos , flagitantium Magistros fidei , poscenda primum hæc à Deo esse , multa lachrymarum , & precum vi ; paranda interim Sinensis linguae præsidia ardua , sed necessaria ; ac tum demum paratam operam ad hoc ministerium deferendam : quibus clarè compet- tis quæ venerant remensi mare , sibi proba mentis meritum retulere ; nobis testes fuere minimè dubij , quantum inter iudicia intersit quæ ex præsentibus & longinquis formantur. Ex operariis quos dixi , Valigna-nus , Ferreitam delinauerat Pechinum , cum parte potissima instrumen-ti sacri , magni precij librī , & commeatu familiæ satis numerosæ , quæ post mensum quatuor nauigationem in transuersum acta fluuius for-buit ; nec spes etat fratrem Fernandum iuuenem , quem terra prægres-fus Ferreira illorum custodem reliquerat , extorturum quicquam de vinatorum manibus , nisi Riccio intimus Fummacamus Mandarinus , Pechino suos illico expedisset , contestatus res Patrum suas esse , secum illi agendum qui eas attingeret ; hinc amissorum pars saltem recepta est , sed non præcipua : causam naufragio præbuit , ripas suas transcendens , & operiens fluuius , ad quas cæco cursu allisa nauis diffiliit. Vbi iuuat obiter videre , Sinarum Reges quām nihil barbarum erga suos populos habeant , nihil vile ac minus liberale quam maximi Principes in Eu-topa ( et si rerum tunc potiens Vanlié auaritiae esset insatiabilis.) Anno , scribit Riccius , præcedenti , eluione imbrum Pechini multæ domus euerse , magno omnium damno ; aquis latè stagnantibus campi suis cum pagis obruti ; secuta inde annonæ caritas , & famæ , & ex morbo lethali mortali strages ; passimque parentes per urbis compita , fi- lios vendebant minoris aëribus viginti aut triginta : restituendis pau-perum aëribus , & inopie leuanda , aureorum ducenta millia Rex de-dit. Horrea orizæ publica iussit plebi urbanæ & confinium pagorum vilissimo pretio diuidi ; & multis locis diurnum demensum egenis qui eò concurrent paratum distribui , & hæc quidem sub oculis Ricciij , quibus etiam liberaliora Reges alij Sinarum nobis exhibebunt in le-nicendis populorum calamitatibus.

Iucundè opinor , sed breuiter suo loco hic redam , quod superiori libro coactus attigi cum sit Doctorum inter Sinas multitudo innumerabi-lis , & pro se quisque ingenij famam & doctrinæ cupidissimè ambiant , ferè illam solent lucubrationibus edendis captare , quibus angustio-rem materiam cum scientiæ suggestant quas propemodum solas tra-çant politica nimirum & ethnica , quicquid aliud argumenti fors obicit , modo splendidum aut nouum , in id auidè stylum iniiciunt . Vtrumque rati nostrorum in Sinas aduentui inesse , scriptiōnibus suis putarunt plausibilem ; itaque de lege quam docebunt ; de novo ad oc-

H h 2

98.  
Riccius tot•  
regno lau-  
dar quo mo-  
do?